

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bonae, Eminentissimi S. R. E. Titulo S. Bernardi
Ad Thermas Cardinalis Presbyteri Opera Quotquot
hactenùs separatim edita fuerê Omnia**

Bona, Giovanni

Antverpiae, 1677


Bibliopola Lectori S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10805

BIBLIOPOLA

LECTORI

S.



Uod plerisque in novorum Libro-
rum editione usitatum est, ut multis
laudibus Auctorem efferant, & im-
pensè commendent Lectoribus, id
in operis hujus editione supervaca-
neum duximus. BONAM dixisse suf-
ficerit operis hujus Auctorem, cui
nec invidia istud negare audebit elogium, BONA esse
quæ hactenus edidit omnia. Fidem huic rei facit fre-
quens singulorum opusculorum editio, & adeò subita
distractio, ut avidis Lectoribus exemplaria, quam-
vis plurima, vix suffecerint. Quæ igitur seorsim edita
piorum atque eruditorum omnium approbata sunt
calculis, non poterunt non placere in unum collecta
volumen, quod eleganti typo adornatum, & gene-
rali eoque copiosissimo in omnes Tractatus indice in
tui gratiam locupletatum exhibemus. Tu Lector la-
bore nostro fruere & vale.

IN-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN